



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Ediltrvdis Reginae & virginis, ex ea quæ est per venerabil. Bedam
Histor. Ecclesiast. gentis Anglorum Lib. 4. cap. 19. & 20. Floruit circa
annum Domini 680.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

VITA S. EDILTRVDIS REGINAE

C. Baron in
not. marty.

Roma.

& virginis, ex ea quae est per venerabil. Bedam
Histor. Ecclesiast gentis anglorum Lib. 4 cap. 19.
& 20. Floruit circa annum Domini 680.

23. Iunij.

Ediltrudis
in coniugio
permanet
virgo.

Fit Abbatis.
sa.

Perpetua ab.
stinentia c.
ius.

Ediltrudis Anna regis Orientalium An-
glorum filia, moribus & vita integritate
sanè admirabilis, primò principi cuidam
viro Australium Giruiorum, nomine Tonbart,
vinculo matrimonij sociata fuit; quo breui post
tempore è viuis sublato, regi Egfrido sanctissi-
mè copulata fuit. Cuius consertio cum annis ad-
modum duodecim vteretur, perpetua tamen
mansit virginitatis integritate gloriofa: ac tan-
dem magna ipsius regis voluntate regali diade-
mate cōtempto, in monasterio Ebbæ Abbatissæ,
vni regi Christo se consecravit.

Post annum vero fuit & ipsa in regione Elge
virginum monasterio præfecta, quas sanè sanctissimis vita cælestis exemplis & monitis, ad
omnem sanctitatem informauit, vnaque secum
plurimas ad portum salutis æternæ sciliciter
perduxit. Vixit etenim in magna vita austerritate,
linearum vestium vsu penitus sibi interdicto
diuinarum vero rerum meditationi, ita dedita
fuit, ut à tempore matrinæ synaxeos ad ortum
vsque diei incredibili spiritus feruore precibus
& lachrymis intenta perseveraret. Nunquam
autem vel certò raro admodum, idque non nisi
corporis infirmitate urgente, bina refectio-
ne in die sua est. Multo verè ante quam è corpo-
ra migraret, clarissima mente cognouit quo ge-
nere mortis, nimirum pestilenti cōtagione mor-
itura, multas virgines tecum è suo monasterio
de mūdo raperet & in cælestē regionē referret.

Post-

Postquam verò annis septem illud sacrarum Abit è vi...
 virginum collegium rexisset, vita sanctissimè
 perfuncta, in ligneo locello sepulta est. Succes-
 ferat autem ei in Abbatissæ ministerio Sexbur-
 ga soror eius Canconberti regis Cantuari-
 rum quondam coniunx; quæ post vndeçim an-
 norum decursum, quo corpus eius tumulo il-
 latum fuerat, voluit ossa eius celebriori loco
 sepulturæ honorare. Cumque aperto tumulo,
Post multos
annos, cor-
pus defun-
ctæ incor-
uptum.
 sacrum sanctissimæ virginis corpus in lucem
 prolatum esset, ita incorruptum apparuit, ac
 si eodem plane die vitali spiritu destitutum es-
 set. Neque corpus modò, sed ipsa quoque lin-
 teamina quibus inuolutum erat, ita ab omni
 putredine & corruptione aliena inuentā sunt,
 vt ipso die viderentur castis eius membris esse
 circundata.

Porrò quod maiorem admirationem habet,
 quodquæ sanctitatis eius opinionem maximè
 auget, eortindein indumentorum tactu dæmo-
 nia ab obsessis corporibus fugata sunt, & varij
 corporis languores pulsii prorsus, vt multi cer-
 tati ad loculum eius confluenter, optata sani-
 tatis remedia reportantes.

DE NATIVITATE S. IOHANNIS PA-
 ptistæ, ex R.P. Ludouici Granatensis concioni-
 bus.

CVM Ecclesia in festis Sanctorum non dies
 quibus in hanc vitam ingressi sunt, sed
 quibus in altera demigrarunt, solenni ri-
 tu honorare solita sit, eosque natales eorum ap-
 pellare, inquisitione dignum esse videtur, cur
 Ecclesia maiori solennitate diem huc celebret,
 quo

24.Iunij
 Cur Eccle-
 sia nativita-
 tem s. Johas-
 nis celebret,
 & aliorū sā-
 ctōrum nō itē.